Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



patrum in filios et incredulos ad
prudentiam iustorum parare domino
plebem perfectam. Et dixit zacha
rias ad angelum. Unde hoc sciam?
Ego enim sum senex et uxor mea p
cessit in diebus suis. Et respondens
angelus dixit ei. Ego sum gabri
el qui asto ante deum et missus
sum loqui ad te et hec tibi euangeli
zare. Et ecce eris tacens et non
poteris loqui usque in diem quo hec
fiant. Pro eo quod non credidisti u
bis meis que implebunt in tempe
suo. Et erat plebs exspectans za
chariam et mirabantur quod tar
daret ipse in templo. Egressus a
non poterat loqui ad eos. Et cogno
uerunt quia visionem vidisset
in templo et ipse erat innuens ipsis
et permansit mutus. Et factum est
ut impleti sunt dies officii eius
abiit in domum suam. Post hos
autem dies concepit elyzabeth uxor
eius et occultabat se mensibus v
dicens. Quia sic michi fecit deus
dominus in diebus quibus respex
auferre obprobrium meum inter
homines. In mense autem sexto mis
sus est angelus gabriel a deo in ciu
tatem galylee cui nomen naza
reth ad virginem desponsatam vi
ro cui nomen ioseph erat de domo da
uid et nomen virginis maria. Et
ingressus angelus ad eam dixit.
Aue gratia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus. Quam
audisset turbata est in sermone a
geli et cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne ti
meas maria. inuenisti enim graciam
apud dominum. Ecce concipies in
utero et paries filium et uocabis no
men eius iheslum. Hic erit magnus
et filius altissimi uocabitur. Et da
bit illi dominus sedem dauid pris
eius. et regnabit in domo iacob in
eternum et regni eius non erit finis
Dixit autem maria ad angelum. Quo
modo fiet istud quoniam virum non
cognosco. Et respondens angelus
dixit ei. Spiritus sanctus superue
niet in te. et virtus altissimi obum
brabit tibi. Ideoque et quod nascetur
ex te sanctum uocabitur filius dei. Et
ecce. Elizabet cognata tua et ipsa con
cepit filium in senectute sua. Et hi
mensis est sextus illi que uocatur
sterilis quia non erit impossibile apud
deum omne uerbum. Dixit autem
maria. Ecce ancilla domini fiat
mihi secundum uerbum tuum.
Et discessit ab illa angelus. Exur
gens autem maria in diebus illis a
bit in montana cum festinacione
in ciuitatem iude et intrauit in
domum zacharie et salutauit eli
zabeth. Et factum est ut audiuit
salutacionem marie elizabeth. ex
ultauit infans in utero eius. Et re
pleta est spiritu sancto elyzabeth.
et exclamauit uoce magna et dixit.
Benedicta tu in mulieribus et benedic
tus uentris tui. Et unde hi mi
hi ueniat mater domini mei ad
me. Ecce enim ut facta est uox sa
lutacionis tue in auribus meis ex